

MULINI
di SETTIMO
1279 18/5

Originale, cucito con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, S. Margherita, cart. 477, n. 29 (A). Copia della fine del sec. XVIII in Biblioteca Ambrosiana in Milano, G. C. Della Croce, *Codex dipl. Mediol.*, I 19, c. 158 (B).

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem milleximo ducentesimo septua-
5 geximo nono, die iovis vigesimo septimo mensis aprilis, indictione septima. Dominus
Balzarus de Lomatio consul iustitie Mediolani precepit michi Petro Bonato notario ut
autenticarem et insinuarem et in publicam formam redderem^a infrascriptum instrumen-
tum procurationis ita ut perpetuo valeat et ei plenissima fides adibeatur tanquam publi-
ce scripture et autentico, et hoc ad petitionem fratris Petri Rubei domus Brayde Guercii
10 postulantis nomine dominarum reliosarum^a domus Sancte Marie in Castanedo. Tenor
cuius instrumenti tallis est:

Segue procura del 1269 maggio 8¹

Actum in camara comunis Mediolani, prope campanille. Interfuerunt ibi testes Zenoar-
dus filius^b condam ser^b Arioti Menginpelle et frater Ambroxius de Canturio domus
15 Brayde Guercii et dominus^c Andreas Tensalactus monachus dicti^a monasterii de Clara-
valle, omnes noti.

(ST) Ego Petrus filius condam ser Iohannis Bonati civitatis Mediolani notarius, pa-
rochie Sancti Alexandri in Zibidia porte Ticinensis, tradidi et subscripsi.

(ST) Ego Guilielminus Crotus qui dicor Mazabota notarius, filius domini Pagani
20 Croti, civitatis Mediolani, porte Ticinensis, de contrata Sancti Michaelis ad Clusam,
iussu suprascripti notari^a scripsi.

^a Così in A. ^b Segue parola cancellata. ^c dnus in B.

¹ L'indizione indicata, XI, non corrisponde all'anno: nel 1269 correva, infatti, indizione XII.

XCVIII.

25 1279 maggio 18, giovedì, Milano, «in pallatio novo comunis, ad banchum iudicis»

Alla presenza di Filippo Sicaliora giudice e assessore del podestà di Milano Ambro-
gio Cozio servitore del comune riferisce di essersi recato, su precetto dell'assessore a se-
guito petizione degli abati dei monasteri di S. Ambrogio e di S. Sempliciano, nel luogo
di Settimo per immettere i rappresentanti dei monasteri in possesso dei beni di Giaco-
30 mo e Ranieri Mantegaza debitori e di diritti pervenuti ai monasteri; riferisce anche di
avere intimato ai debitori di presentarsi all'assessore.

L'assessore, a seguito inadempienza da parte dei debitori, conferma il precetto.

Grida fatta dal servitore del comune Omiabene Riboldo.

35 Originale, con macchie e lacerazioni, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon.
S. Ambrogio, cart. 322, tav. 13, n. 68 (A).

(ST) In nomine Domini. Millesimo ducentesimo septuagesimo nono, die iovis deci-
mo octavo die mensis madii, indictione septima. Coram domino Philippo Sicaliora iudi-
ce et assessore potestatis Mediolani retulit Ambrosius Cozius servitor comunis Mediola-
ni se, de mandato dicti iudicis ad petitionem dominorum abbatum monasteriorum Sanc-
40 ti Ambrosii et Sancti Simplitiani Mediolani et conventuum ipsorum monasteriorum,

ivisse die iovis proxime preterito undecimo die [m]adii ad locum de Septimo, ad infra-
 scriptum sedimen et petiam terre iacentes in ipso loco et territorio; quod sedimen et pe-
 tia terre erant Iacobi filii quondam Obizonis Mantegatii et Rainerii filii sui, debitorum
 suprascriptorum abbatum et monasteriorum, et quod Guilielmus Cagalantia syndicus
 predicti domini abbatis monasterii Sancti Ambrosii et Martinus Burrus syndicus predi- 5
 cti domini abbatis et monasterii Sancti Simplitiani, nomine ipsorum abbatum et mona-
 steriorum et auctoritate propria ex vi pactorum infrascriptorum, apprehenderunt corpo-
 ralem possessionem infradicti sediminis et petie terre que fuerunt predictorum Iacobi et
 Rainerii filii sui debitorum ipsorum abbatum et monasteriorum, cum porta dicti sedimi-
 nis et terra et erba illius petie terre, more solito, et que^a apprehensa, dictus servitor ex 10
 parte dicti iudicis confirmavit ipsam apprehensionem et introitum, et insuper posuit et
 induxit suprascriptos syndicos suprascripto nomine in eam possessionem corporalem,
 precepto illius assessoris, in solutione et pro solutione habenda et recipienda illorum de-
 nariorum quos predicti Iacobus et filius dare et solvere promiserunt Ioachino Scarido
 recipienti nomine et ad partem et vice Redulfi de Legniano, iura quorum denariorum 15
 pervenerunt in ipsos abbates et monasteria ad executionem et immitationem iuris quod
 pertinet ipsis abbatibus et monasteriis secundum formam et modum pactorum et con-
 ventionum celebratarum inter ipsos Iacobum et filium ex una parte et dictum Ioachi-
 num nomine ipsius Redulfi ex altera in carta crediti seu obligationis quam fecerunt pre-
 dicti pater et filius suprascripto Ioachino recipienti nomine ipsius Redulfi, in qua carta 20
 inter cetera continetur et conscripta sunt hec verba: 'Que omnia fecerunt predicti Iaco-
 bus et Rainerius filius eius ita ut ad predicta omni tempore possint conveniri si agi con-
 tingerit pro predictis vel aliquo predictorum, renuntiantes per pactum omnibus feriis, et-
 cetera'; constituendo dicti pater et filius se omnia sua bona tenere et possidere vel quasi 25
 nomine dicti Redulfi sive illius vel illorum qui causam habuerint ab eo, volentes quoque
 dicti pater et filius plenum dominium plenamque possessionem de omnibus suis bonis in
 ipsum Redulfum sive in illum vel illos qui causam habuerint ab eo et auferentes et di-
 sferentes et ipsi possessioni et dominio renuntiare quousque ipsi Ioachino nomine dicti
 Redulfi sive ipsi Redulfo vel illi aut illis qui causam habuerint ab eo plenarie fuerit satis- 30
 factum de predictis denariis; et eo acto et pacto et expressim dicto in predictos contra-
 hentes predicto nomine in principio, in medio et in fine huius contractus ante traditio-
 nem et post hunc contractum quod, si casus evenerit et conditio extitit quod locus esset
 petitionis et exactionis dictorum denariorum, quod ex tunc liceat ipsi Ioachino nomine
 dicti Redulfi sive ipsi Redulfo aut illi vel illis qui causam habuerint ab eo sua sola aucto- 35
 ritate et ex propria voluntate et concessione ipsorum patris et filii ipsos omni die de toto
 realiter et personaliter convenire ubique et sub quocumque^b iudice suo et alieno, licet
 ibi non sit suum domicilium, et de^c suis bonis capere, recipere et accipere et occupare et
 sequestrare et in solutum retinere et in possessionem bonorum intrare usque ad plenam
 solutionem dictorum denariorum etcetera, ut in ipsa carta continetur. Et item retulit 40
 contestasse et deposuisse precepto suprascripti assessoris centenaria centum feni et mo-
 dios tres sicalis, que erant in infrascripta petia terre, penes Iacobum Scantium sponte
 recipientem et fratrem Leonem Mantegatium nobiles dicti loci de Septimo suo nomine
 et comunis ipsius loci et penes illud comune ad predictam petitionem, et precepisse per
 sacramentum et in banno ad voluntatem predicti iudicis predictis Iacobo et fratri Leoni 45
 predicto nomine ut illud fenum et sicalem custodiant et tempore^d congruo per se vel
 alios colligant et preparent et collectos et preparatos ipsis abbatibus vel eorum nuntiis
 dent et consignent et nulli alii persone respondeant; et precepisse sub predicto banno et
 pena predictis Iacobo et Rainerio filio suo ad propriam domum habitationis eorum ne
 de infrascripto sedimine et petia terre, in possessione quorum predicti syndici supra-

scripto nomine intrarunt, de cetero se non debeant intromittere, set eas debeant evacuare et spatiare et evacuatatas et spatiatas dimittere ipsis abbatibus nomine predicto. Sedimen vero iacet in ipso loco cum edificitiis et domibus et area prope castrum illius loci, cui est a mane via, a meridie Iacobi Scancii^a et in parte heredum Ferrantis Scantii, a sero via, a monte terra que fuit ser Landulfi Crivelli et in parte heredum Lanterii Scantii. Terra vero est petia una prati et campi iacente prope locum, cui est a mane via et in parte heredum quondam Guidoti Zavatarii et in parte tenetur per heredes quondam Guidofredi Manii, a meridie heredum quondam Guidoti Zavatarii et in parte Oldradi Manii, a sero heredum quondam Ferrantis Scantii, et est^c pertice centum octuaginta vel id circa. Item retulit similiter ivisse ad predictam petitionem de mandato eiusdem iudicis die sabbati proxime preterito ad infrascripta molandina et terras et possessionem que fuerunt quondam domini Landulfi Crivelli debitoris suprascriptorum abbatum et monasteriorum, et quod ipsi sindici suprascripto nomine intraverunt et apprehenderunt auctoritate propria corporalem [posses]sionem infrascriptorum molandinorum et sediminum^f et terrarum et possessionum cum lignamine et materia et terra more solito; et ille servitor confirmavit ipsum introitum et posuit et induxit eos suprascripto nomine in po[sses]sionem] corporalem ipsorum molandinorum et terrarum et possessionum in solutione et pro solutione habenda et recipienda illorum denariorum, quos predictus dominus Landulfus promisit et convenit dare et solvere suprascripto Ioachi[no] recipienti nomine ipsius Redulfi, iura quorum denariorum pervenerunt in ipsos dominos abbates et monasteria, et hoc ex vi et auctoritate pactorum et conventionum celebratarum inter ipsum dominum Landulfum ex una parte et ipsum Ioachinum nomine ipsius Redulfi ex altera in carta crediti seu obligationis quam^g fecit ipse dominus Landulfus suprascripto Ioachino recipienti nomine ipsius Redulfi, in qua carta inter cetera continetur et conscripta sunt eadem verba in favorem suprascriptorum monasteriorum et abbatum ut supra continetur in carta facta per predictum Iacobum et filium. Item^h retulit contestasseⁱ et deposuisse penes Leonem filium quondam Petri Alierii^l et Petrum filium quondam Beltrami Alierii et Martinum Rubeum filium quondam Lanfranci Rubei et Iohannem Barnum et Zanebellum de Padregniano et Martinum de Aqua et Oliverium de Padregniano de loco Cantalupo, offitiales et vicinos suprascripti loci, eorum nomine et comunis illius loci, et penes illud comune modios centum sicalis que erat in^m infradicta petia terre iacente in territorio de Cantalupo, prope locum, et penes Iacobum Portenarium et Marchisium ser Perroni et Petrum Tabernam et Anselmum Tabernam et Ottobellum Mondellam et Zanebellum Cozium habitantes ad cassinas de Pede modios centum sicalis que erat in infrascripta petia terre, iacet^a prope ipsas cassinas, suo nomine et comunis ipsarum cassinarum et penes illud comune; et precepisse sub simili banno et pena predictis depositariis suprascripto nomine ut ipsam sicalem custodiant et tempore congruo per se vel per alios colligant et preparent et collectam et preparatam ipsis abbatibus vel eorum nuntiis dent et consignent et de eaⁿ nulli alii debeant respondere; et precepisse predictis de Cantalupo et de cassinis de Pede tenentibus infrascripta sedimina et terras iacentes in loco et territorio de Cantalupo et ad cassinas de Pede et territorio earum, et item Iacobo filio quondam Marchisii et Petro filio quondam Abundii et Guidoni filio quondam Petrobelli habitantibus in^m infrascriptis molan]dinis sub eadem pena et banno ne de^g ipsis rebus debeant se intromittere set eas debeant evacuare et spatiare et evacuatatas et spatiatas dimittere ipsis abbatibus et monasteriis vel eius nuntiis; et dixit dedisse terminum predictis omnibus contradicendi die heri proxime preterito. Molandina vero sunt duo cum petia una prati et campi et vinee insimul tenentia, mediante flumine Orone, iacentia in territorio de Parabiago, quibus omnibus coheret a mane Gasparri Cagatosici et in parte strata, a meridie via, a sero flumen Orone, a monte dicti Gasparri, et sunt ipsa

molandina cum terra pertice centum et plus. Item sedimen unum in loco Cantalupo, cui est a mane via, a meridie via et in parte heredum quondam dicti ser Landulfi, a sero terra laborativa dictorum heredum, a monte similiter. Item petia una terre laborative cum vitibus iacente in territorio ipsius loci de Cantalupo, et dicitur ad Grizam et ad Viam de Quinque Soldis et ad Viam de Udrugio, cui est a mane monasterii Sancti Ambrosii, a meridie via, a sero locus de Cantalupo, a monte via, et est pertice mille vel id circa. Item omnes cassine cum edifitiis iacentes ubi dicitur ad Cassinas de Pede et omnes terre culte et incolte iacentes in territorio ipsarum cassinarum; quibus omnibus est a mane territorium de Lempniate^o et in parte monasterii Sancti Ambrosii, a meridie monasterii de Villanova, a sero territorium de Nerviano, a monte territorium de Cantalupo, et est pertice mille et plus. Et item retulit requisivisse predictos omnes superius nominatos ut venirent ad predictum terminum coram ipso iudice ipsa occasione. Quod preceptum et predicta omnia et singula dictus iudex firmavit, corroboravit et ratificavit ad petitionem suprascriptorum abbatum et monasteriorum ita ut perpetuo valeant et teneant et eis fides adhibeatur tanquam publice et autentice scripture et vim obtineant publici instrumenti; et hoc quoniam nullus comparuit ad contradicendum. Actum in pallatio novo communis Mediolani, ad banchum dicti iudicis. Exclamatum per Humiabene Riboldum servitorem comunis Mediolani. Interfuerunt ibi testes Petrobellus de Cerario et Menclotius de Menclotiis et Guilielmus Boffa, civitatis Mediolani omnes.

(ST) Ego Petrus Demianus notarius palatii comunis Mediolani tradidi et subscripsi.

(ST) Ego Dominicus de Mezana notarius civitatis Mediolani, porte Vercelline, scripsi.

^a Così in A. ^b cumque su rasura. ^c de nell'interlinea. ^d ptre con segno abbreviato. ^e est manca in A. ^f dediminum in A. ^g Segue parola cancellata. ^h Ite in A. ⁱ sse su rasura. ^l ierii su rasura. ^m in manca; c'è nelle rr. ss. ⁿ ea nell'interlinea. ^o Sopra, di mano posteriore, Ladenate.

IC.

1279 maggio 22, lunedì

Alla presenza di Tealdo de Spino giudice e assessore del podestà di Milano Gualterio de Bergano servitore del comune riferisce di essersi recato, su petizione del monastero di Chiaravalle, nei luoghi di San Donato Milanese e Triulzo per ordinare la stima di terre e di beni dovuti al monastero dalla chiesa di San Donato debitrice.

Copia autentica coeva, cucita con altri atti, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Chiaravalle, cart. 562, n. 544 (B). Copia del principio del sec. XIX in Biblioteca Braidense in Milano, *Mss. Bonomi*, AE XV, 28, p. 282, n. 914 (C).

In nomine Domini. MCCLXXVIII, die lune XXII madii. Coram domino Tealdo de Spino iudice et assessore potestatis Mediolani retulit Gualterius de Bergano servitor comunis Mediolani quod ipse, ad petitionem doni Angelli de Barni monachi Claravallis et Bocafoi de Puteobonello sindicorum monasterii et capituli Claravallis, nomine et vice ipsius monasterii et capituli, ivit ad locum de Sancto Donato et de Trivultio die dominico proxime preterito et quod precepit Zanebello Bonato vicino^a et Girardo Cortixio et Uberto de Trivultio consulibus illius loci de Trivultio, eorum nomine et nomine

Originale, con macchie diffuse, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. S. Ambrogio, cart. 340, n. 18 (A).

Ed.: B. ARESE, *Insignis basilicae ...*, parte II, p. 91. Reg.: G. GIULINI, *Memorie ...*, VIII, p. 336; G. BERTONE, *La giurisdizione dell'abate di S. Ambrogio ...*, in «Memorie storiche della diocesi di Milano», 1867, p. 93, nota 139. Cit.: G. SEREGNI, *Del luogo di Arosio ...*, in «Miscellanea di Storia Italiana», 1902, p. 276. 5

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo septuagésimo nono, die lune quarto die mensis decembris, indictione octava. Significat vobis domino Lotherio Rusche potestati Mediolani Guilielmus Cagalantia syndicus et procurator domini abbatis et conventus monasterii Sancti Ambrosii Mediolani, nomine suprascripti domini abbatis et conventus ipsius monasterii, quod honor et districtus infradictorum locorum et curiarum districtus Mediolani sunt suprascripti monasterii et ad ipsum monasterium pertinent et spectant pleno iure. Quare, supplicat et denuntiat vobis suprascripto modo et nomine quatenus non debeatis ponere neque dare neque permettere poni neque dari potestarias infradictorum locorum ad sortes in consilio comunis Mediolani nec alio modo; cum, si poneretis vel daretis vel permetteretis poni vel dari potestarias infradictorum locorum ad sortes, illud faceretis indebite et in preiudicium suprascripti monasterii et contra ecclesiasticam libertatem. Loca sunt hec: burgus de Inzago, locus de Columnia supra Lambrum, cassine Sancti Damiani in Barazia, locus de Capiate, locus de Villa Capiate, locus de Gregantino, locus de Miliarigo, locus de Udrugio, locus de Baradigio, quantum est pro quarta parte, locus de Salmoirago, locus de Sancto Sepulcro, locus de Clavisio, locus de Nigriano. Actum super lobia facta super domum ipsius domini potestatis. Interfuerunt ibi testes dominus Bonifatius de Pusterla abbas monasterii Sancti Celsi et Guilielmus de Aplano filius quondam ***** et Dominicus filius Guidonis de Mezana et Amizinus de Lomatio, civitatis Mediolani omnes. 10
15
20
25

Ibique statim, presentibus suprascriptis testibus, similem significationem et supplicationem et denuntiationem fecit dictus syndicus suprascripto modo et nomine domino Iohanni Pozio vicario domini marchionis Montisferrati domini Mediolani et capitaneo populi Mediolani.

(ST) Ego Guido notarius, filius quondam Mezani Grossoni de Mezana, civitatis Mediolani, porte Vercelline, tradidi et scripsi. 30

CVIII.

1279 dicembre 15, venerdì

Alla presenza di Marco de Gavazo giudice e assessore del podestà di Milano Pietro de Madregniano servitore del comune riferisce di essersi recato, su precetto del giudice a seguito petizione del Monastero Maggiore di Milano, nei luoghi di Baranzate e Dugnano per ordinare che venissero sequestrati animali e proventi delle terre dovuti dai debitori al monastero e che venissero successivamente consegnati dai rappresentanti dei comuni all'assessore o alla badessa del monastero. 35

Copia autentica coeva in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., Perg., Milano, Mon. Maggiore, cart. 491, n. 601 (B). 40

Cit.: E. OCCHIPINTI, *Il contado ...* p. 109, nota 25.

Il copista usa indifferentemente le semplici e le doppie.

MCCLXXVIII, die veneris XV die mensis decembris. Coram domino Marcho de Gavazo iudice et assessore potestatis Mediolani retulit et protestatus fuit Petrus de Madregniano servitor comunis Mediolani se, de mandato illius iudicis, ivisse ad petitionem domine abbatisse et conventus Monasterii Maioris Mediolani seu ser Alcherii de Ossa
 5 sindici conventus et capituli dicti monasterii, nomine illius monasterii et conventus, ivisse^a ad infrascriptas partes occaxione robandi et deposita faciendi de rebus et bonis debitorum et banitorum illius monasterii, videlicet in primis in loco Barenzate, ad domum ser Iohannis de Muzano debitoris et banniti suprascripti monasterii, una cum Marchixio Gastoldo consule et Alberto de Piuris et Ambrosio Carello et Beltramo de
 10 Lemiare et Pexollo Varrono et Nazario Bossio qui dicitur Guerra, omnibus iuratis dicti loci, et invenisse in domo illius debitoris boves duos valentes libras XX tertiorum et plaustra sex vini in carrariis IIII vallentia libras XII et centenaria XX feni vallentia libras IIII tertiorum; item ivisse una cum predictis ad domum Mussonis de Muzano^b de ipso loco et ibi invenisse vitulam unam parvam valentem solidos XX tertiorum et porcellos duos vallentes solidos XL tertiorum; qui Mussus de Muzano est similiter debitor et bannitus suprascripti monasterii. Item retulit ivisse in loco Dugniano, ad domum Rugerii de Ponte debitoris et banniti dicti monasterii, una cum Marcello de Ponte et Ambrosio Guxio qui dicitur Bregee et Stephano Sasso consulibus et canevario dicti loci et ibi invenisse bovem unum valentem libras sex tertiorum; item ivisse una cum pre-
 20 dictis ad domum fratris Girardi de la Strata de ipso loco Dugniano debitoris et banniti dicti monasterii, et ibi invenisse bovem unum valentem libras sex tertiorum; item ivisse una cum predictis ad domum Girardi Guxii de eodem loco, debitoris, et baniti^c dicti monasterii, et ibi invenisse plaustra IIII vini et vacham unam cum vitulo uno et tantum linum in mazellis et plaustrum I^d, que omnes res vallebant insimul libras XXV tertiorum; et predictos omnes boves deposuisse ut supra legitur, videlicet predictos duos boves Iohannis de Muzano vallentes libras XX tertiorum et plaustra sex vini vallentia libras XII tertiorum et dictum fenum vallentem libras IIII tertiorum et vitulam et porcellos predicti Mussonis vallentes libras III penes predictos consules et iuratos et canevarium loci de Barenzate, eorum nomine et nomine comunis dicti loci, et illud comune, et predictos duos boves silicet fratris Girardi^e de la Strata et Rugerii de Ponte et vinum et linum et vacham cum vitulo penes predictos consules et canevarium dicti loci de Dugniano suo nomine et nomine dicti comunis et illud comune; et predictis omnibus precepisse suprascripto modo et nomine ut in banno et pena cuilibet comuni de libris L tertiorum et cuilibet predictorum de libris XXV tertiorum predictos omnes boves et
 35 omnes predictas res consignarent coram illo iudice aut dicte domine abbatisse vel suo certo misso; et dedisse terminum die iovis XIII die decembris pro esse hodie, et ut si quis volebar contradicere ad illum terminum esset coram illo iudice.

Ego Obizo de Barni notarius pallatii comunis Mediolani subscripsi.

40 ^a Così, ripetuto. ^b de Muzano nell'interlinea. ^c Così in B. ^d et I nell'interlinea. ^e Segue et per errore.

CIX.

1280 [gennaio 23]

Reoldo de Agatii giudice e assessore del podestà di Milano ordina a Paolino Conte servitore del comune di recarsi, su richiesta degli abati dei monasteri di S. Ambrogio
 45 e di S. Sempliciano di Milano, nei luoghi di Sertimo, Cantalupo, cascade «de Pede»,